BIBL. DE L'UNIVERSITÉ
OBLONGS
32

THÈSES
ANCIENNES
DU
XVII.E SIÈCLE
1

THESES ANCIENNES

Exemplaires coupés, sans les gravures.

(270 thèses en 2 v.obl.)

--ooOoo--

	Discipline:	Soutenue le:	Volume:	N°:
ALESME (Jean d')	Philosophie	...Juin 1639	I	2
ARNOUX (F.Martial)	Théologie	31 août 1669	I	3
ASSELINE (Jean)	Philosophie	6 août 1661	I	4
AUBERT (Jean)	Philosophie	18 août 1652	I	5
AUBERT (Jean)	Théologie	3 juill.1660	I	6
AUGET (Paul)	Théologie	29 janv.1656	I	7
AUMONT (Léonard)	Philosophie	28 juil.1658	I	8
BACHELIER REMUS (Nicolas)	Théologie	4 [févr.] 1662	I	9
BARIN DE LA GALISSONNIERE (Henri-Louis)	Théologie	26 août 165..	I	11
BARRÉ (Charles)	Philosophie	22 [juil] 1666	I	12
BASTONNEAU (Robert)	Théologie	[8 févr] 1652	I	13
BAUDO (Pierre)	Théologie	...mars 1666	I	14
BAUDRAND (Henri)	Théologie	28 mai 1664	I	15 ,et
			I	15bis.
BEAUVEAU LE RIVAU (Pierre-François de)	Théologie	10 juill.1659	I	16 ,et
			I	16bis.
BEGON (Scipion)	Théologie	[6 déc.] 1669	I	17
BELLOCIER (Charles)	Philosophie	4 août 1668	I	18
BERNIER (Charles)	Théologie	24 mai 1662	I	19
BERRUYER (Simon)	Philosophie	19 juil.1662	I	20
BERTRAND DE LA PÉROUSE (François de)	Philosophie	?	I	21
BILLET (Nicolas)	Théologie	22 mars 1670	I	22
BINARD (Pierre)	Théologie	30 Juil.1669	I	23
BLAKE (Fr.Henri)	Théologie	[23] fév.1631	I	24 ,et
			I	24bis.
BLOVET DE CAMILLY (Pierre-François)	Théologie	17 nov.1661	I	25
BLOVET DE THAN (Jean)	Théologie	9 août 1652	I	26
BOETELLE (Adrien)	Thèsesophie	17 août 1653	I	27
BOISCOURION (Anianus de)	Philosophie	14 avr. 1666	I	28
BOLLIOUD (Jean)	Théologie	24 mai 1669	I	29
BONNET (Jacques-Florent)	Philosophie	5 juill.1665	I	30
BOUCHER (Joseph)	Théologie	[4] janv.1663	I	31
BOUCHER (Joseph)	Droit canon	3 décem.1663	I	32
BOUCHERON (François)	Théologie	13 janv.1662	I	33
BOUILLON (Emmanuel-Théodose de La Tour d'Auvergne, duc d'Albret, Cal de)	Philosophie	16 août 1660	I	1
BOUQUIN (Robert)	Théologie	...déc. 1664	I	34
BOURGEOIS (François)	Théologie	6 févr. 1655	I	35
BOURREE DE REVEILLON (Jacques)	Théologie	30 avr. 1663	I	36
BOVIAC (François)	Théologie	8 octob.1661	I	37
BRAGELONGNE (Pierre de)	Philosophie	31 juil.1661	I	38 ,et
			I	38bis.
BRIDIEU LINIERES (Roger-Antoine de)	Théologie	19 avr. 1655	I	39
BRINDEAU (Pierre)	Théologie	15 févr.1656	I	40
BRINDEAU (Pierre)	Théologie	24 oct. 1661	I	41 ,et
			I	41bis.
BRUNO (F.Didier)	Philosophie	13 juil.1670	I	42
BURNEL (Guillaume)	Théologie	23 janv.1662	I	43
BURTIO (Etienne de)	Théologie	...mars 1662	I	44 ,et
			I	44bis.
BUTILIER (Edouard)	Philosophie	2 août 1665	I	45
CAMUS DE BAIGNOLZ (Carolus)	Théologie	11 févr.1654	I	10
CAMUSAT (Pierre)	Théologie	[5 mai] 1649	I	46
CAMUSET (Louis-Jean)	Philosophie	16 juil.1662	I	47
CAMUSET (Pierre)	Philosophie	13 août 1662	I	48
CAMUSET (Pierre)	Théologie	3 juill.1669	I	49
CANAYE (Charles)	Philosophie	10 août 1656	I	50
CARDONVILLE (F.Charles de)	Théologie	3 juill.1662	I	51
CASTEL (François Perrard)	Philosophie	25 juin 1668	I	52
CATINAT (Clement)	Théologie	3 juill.1663	I	53
CAVELIER (Antoine)	Philosophie	6 juill.1659	I	54
CAVOYE (Pierre de)	Philosophie	28 juin 1663	I	55
CERMOISE (Paul)	Théologie	26 janvier 1664	I	56
CHAPELLAIN (César)	Théologie	6 févr. 1662	I	57
CHARDON (Jean)	Philosophie	24 juil.1670	I	58
CHARPANTIER (Nicolas)	Théologie	26 juil.1663	I	59
CHARTON (Médéric)	Philosophie	17 oct. 1662	I	60
CHARTRAIRE (Germain)	Théologie	[12] jan.1662	I	61
CHEMINEAU DE MARCAYS (François)	Philosophie	10 juil.1661	I	62
CHEON (Pontius)	Droit canon	30 août 1658	I	63 ,et
			I	63bis.
CHESNEL (Louis)	Théologie	27 oct. 1662	I	64 ,et
			I	64bis.
CHOMEL (Claude)	Philosophie	[30] août 1654	I	65 ;et
			I	65bis.
CLEMENT (Claude)	Théologie	[27] août 1664	I	66
CLEMENT (Claude)	Théologie	10 déc. 1665	I	67
CLERMONT-TONNERRE DE CRUSY (Antoine-Benoît)	Philosophie	6 août 1662	I	68

1158445544

COLMAN (Daniel)...........	Droit	20 mars 1666	I	69 ,et
			I	69bis.
COMMINGE (Pierre)..........	Philosophie	10 juil.1661	I	70
COMPAIN (Adrien)...........	Théologie	4 juill.1669	I	71
CONSTABLE (Guillaume-Edmond de).	Philosophie	13 juil.1669	I	72
COTTY (F.François).........	Philosophie	13 août 1662	I	73 ,et
			I	73bis.
COUREAU DE PRESSIAT(René)..	Théologie	31 janv.1662	I	74
COURTOT (F.François).......	Théologie	21 janv.1662	I	75
COUSIN (Nicolas)...........	Théologie	6 juill.1669	I	76
COUSIN (Nicolas)...........	Droit canon	4 décem.1669	I	77
CRAMOISY (Jean)............	Théologie	16 juin 1656	I	78
DACLIN (Charles-Larent)....	Théologie	6 août 1669	I	79
DALY (Thaddée).............	Philosophie	27 juin 1666	I	80
DATON (Guillaume)..........	Philosophie	24 août 1664	I	81
DEHAUS (Jacques)...........	Philosophie	8 septe.1658	I	82
DELAMET (Léonard)..........	Théologie	26 juin 1655	I	83
DELATTRE (Alexandre).......	Théologie	4 janv. 1653	I	84
DELECEY (Gabriel)..........	Théologie	22 août 1669	I	85
DEMORGUES (Joseph-Scipion).	Droit canon	23 avr. 1665	I	86
DEMOUHERS DE LA GRANGE (Jean)...	Philosophie	6 août 1662	I	87
DESCAULES (Louis)..........	Philosophie	29 juin 1665	I	89 ,et
			I	89bis.
DES HAYS DU FOSSARD(Louis).	Philosophie	25 juil.1662	I	88 ,et
			I	88bis.
DESPINAY DE SAINCT LUC (Louis).	Philosophie	29 août 1666	I	90
DEVOUGES (Claude)..........	Théologie	/11/fév.1653	I	91
DIROYS (François)..........	Droit canon	12 févr.1665	I	92
DROUARD DES MARESTS (François).	Théologie	/11/jan.1662	I	93
DROYNET (F.Charles) et GAZON (Simon)..............	Théologie	../avr/ 1657	I	94
DU FOUR (Pierre)...........	Théologie	26 nov. 1665	I	95
DUFOS (Pierre).............	Philosophie	20 août 1662	I	97
DU MESNIL POTTIER(Charles).	Philosophie	16 juil.1662	I	96
ESCOURAILLE (Francis d')...	Théologie	6 mars 1662	I	98
ESMERY (Pierre)............	Philosophie	25 août 1659	I	99
FAUVEL (André).............	Philosophie	10 août 1652	I	100
FERON (Nicolas)............	Philosophie	17 juil.1667	I	101
FERRARD (Philippe).........	Théologie	7 sept. 1669	I	102
FOIX (Henri-Charles).......	Philosophie	11 sept.1661	I	103,et)
			I	103bis)
			I	103ter)
FORCEDEBRAS(Charles).......	Théologie	15 mai 1656	I	104,et)
			I	104 bis)
FOUCQUET (Yvon)............	Philosophie	25 juil.1646	I	105
GALLYOT(Charles)...........	Théologie	23 juil.1669	I	106
GARNIER (Antoine)..........	Philosophie	20 juin 1648	I	107
GERARD (Isaac-Anselme).....	Théologie	30 janv.1664	I	108
GIFFORD (Bonaventure)......	Théologie	26 janv.1672	I	109
GIRARD (F.Sébastien).......	Théologie	13 sept.1657	I	110
GOBERT (Michel)............	Philosophie	21 juil.1667	I	111
GODET (Pierre).............	Philosophie	25 juil.1660	I.	112 ,et
			I	112bis.
GODET DES MARAIS(Paul de)..	Philosophie	24 juin 1667	I	113
GONDOVIN (Raymond).........	Physique	16 août 1654	I	114
GORRÉ (Jacques)............	Philosophie	9 juill.1656	I	115
GOYET DE BECHEREL(François)	Théologie	4 décem.1657	I	116
GROYN (Germain)............	Théologie	/27/fév.1662	I	117
GUENON (François)..........	Théologie	2 mai 1663	I	118
GUERIN (Etienne)...........	Théologie	17 juil.1654	I	119
GUIGNARD (André)...........	Théologie	14 nov. 1653	I	120
GUILOU (François)..........	Théologie	...janv.1655	I	121
GUILLOYRE (Louis)..........	Philosophie	10 août 1661	I	122
GUITONNEAU (Adrien)........	Philosophie	19 août 1659	I	123 ,et
			I	123bis.
HACTE (Nicolas)............	Philosophie	19 août 1659	I	124
HAMEAU (André).............	Théologie	15 nov. 1667	I	125
HAMON (Jean)...............	Médecine	 1645	I	126
HAMON (Jean)...............	Médecine	 1646	I	127 ,et
			I	127bis.
HARLE (Jean-Baptiste)......	Philosophie	1er août1661	I	128
HEDERMAN (Donat)...........	Philosophie	7 juin 1664	I	129 ,et
			I	129bis.
HENNEQUIN (François-Louis).	Philosophie	9 juill.1658	I	130 ,et
			I	130bis.
HOULLIER (Etienne).........	Philosophie	22 juil.1661	I	131
ILLIERS D'ENTRAGUES(Joseph d')..	Philosophie	26 juin/.?./	I	132
JAPPIN (Jean-François).....	Droit canon	19 févr.1661	I	133
JAPPIN (Jean-François).....	Théologie	16 nov. 1661	I	134
JARDE (Pierre).............	Théologie	9 juin 1662	I	135
JOLLAIN (Jean).............	Théologie	15 déc. 1662	I	136
JOLY (Melchior)............	Philosophie	16 août 1660	I	137
JOUVANCOURT (Nicolas)......	Philosophie	9 juill.1662	I	138 ,et)
			I	138bis)
			I	138ter)
JOUVIN (Jacques-François)..	Philosophie	28 janv.1663	I	139
JUIF (François)............	Théologie)	28 juin 1644	I	140
LABORIE (Jean).............	Théologie	23 oct. 1659	I	143,et)
			I	143bis)
			I	143ter)
LAFFEMAS (Laurent de)......	Théologie	?	I	144
LA HAYE (Laurent de).......	Théologie	24 nov. 1659	I	142
LAISNÉ (Jean)	Théologie	1er juin1669	I	145
LAMARTELIERE (François de).	Philosophie	2 août 1654	I	146 ,et
			I	146bis.
LAMY (Jean)................	Théologie	12 mai 1656	I	147
LAMY (Jean)................	Théologie	5 mai 1658	I	148 ,et
			I	148bis.
LANGAN DE BOISFEVRIER (Robert de)...	Philosophie	20 juil.1659	I	149
L'ANGLE (Nicolas de).......	Philosophie	10 août 1663	I	141
LANGLE (Robert de).........	Philosophie	2 juill.1662	I	151
LANGLEE (François).........	Philosophie	13 févr.1665	I	150

CONCLVSIONES PHILOSOPHICÆ.

EX LOGICIS.

I.

PRIMA origo Philoſophiæ cœleſtis fuit: ea ſiquidem Adamo infuſa eſt; hinc transfuſa Poſteris; at eorum incuriâ breui confuſa & extincta: itavt ipſius jacturam etiamnum fortè doleremus, ni priſci Heroës è denſiſſimis ignorantiæ tenebris quibus ferè ſepulta jacebat, excitante admiratione, fauenteque experientiâ in lumen reuocaſſent.

II.

EXISTIT ergo veluti rediuiua Philoſophia, itavt nihilominus priſtini ſplendoris multum amiſerit. Rectè diuiditur in Speculatiuam & Practicam: huic illa tantùm præſtat, quantum domina vernulæ. Speculatiuæ Philoſophiæ tres apud Ariſtotelem ſpecies: Practica verò tota Moralis vnius ambitu continetur.

III.

LOGICA eſt ars merè organica; non tamen ſcientiis perfectioribus acquirendis omninò neceſſaria. Huius materia, conceptus: forma ſeu finis, rectitudo Logica: vnde conflantur inſtrumenta ſciendi, quibus elaborandis tota incumbit, regulas tradendo partim, & partim exequendo: cui tamen officio duplici ſufficit vnus habitus.

IV.

VNIVERSALIA Peripateticis naturæ cõmunes, vnâ mentis abſtractione vniuerſales. Porphyriana vniuerſalis diuiſio commoda eſt & adęquata. Genus eſt extrà conceptũ differentiarum ſuarũ. Differẽtia cujuſlibet ſpeciei ſimplex. Species infima non poteſt euadere genus. Proprium quarto modo quartũ vniuerſale cõſtituit. Accidẽs ſeparabile eſt vel inſeparabile.

V.

CATEGORIARVM finis ordinatio rerum ſimplicium, quas Logica tentat, non ſpeculatur. Vna eſt categoria ſi ſpeculatiuè agas; decuplex, ſi ſtudeas praxi. Categoria ſubſtantiæ Deum capit, Cœlum, & Angelos. Relationis eſſe eſt ad aliud: non eſt quid realiter diſtinctum à fundamento, niſi apud modorum Amaſios: ad abſolutum terminatur non ad relatiuum.

VI.

E DVABVS propoſitionibus ſingularibus contradictoriis de futuro contingenti altera determinatè vera eſt, altera determinate falſa. Syllogiſmorum figuræ tres omninò: quare Galenus curet ſeipſum. Demonſtratio parit ſcientiam: hæc ſtare poteſt cum opinione & fide; ſciẽtia iuſtæ magnitudinis non eſt ſimplex habitus. Methodus eſt quarta mentis Operatio.

EX ETHICIS.

I.

MORVM diſciplinam immeritò ſuſtulit Plato, quam qui tollit, prudentiam tollit. Hujus objectũ, actiones humanæ quatenùs efformandæ ad honeſtatem: finis beatitudo. Ethica rectè diuiditur in generalem & particularẽ: hæc in Monaſticam, Oeconomicã, & Politicã. Politica cæteris præſtat. Iuuenis nec eget Morali, nec idoneus eſt valde ipſius auditor.

II.

BONVM ab antiquis deſcribitur quod omnia appetunt; non definitur. Honeſtum eſt, iucundum, vel vtile: hoc ab honeſto in Moralibus indiuiſum. Nemo intendens in malum operatur. Finis omnis bonus, non omne bonum finis. Omne agens propter finem agit: rationis particeps formaliter, quo nomine diſtat à belluis & inanimatis, quibus ratio finis ignota eſt.

III.

FOELICITATIS objectum fruſtra quærunt Politici in honoribus: libinoſi in voluptate: ſordidi in opibus; cum extrà Deum nullibi ſit. Quare ipſi quoque Platonici errarunt, ſi ſuas extrà Deum ideas coluere. Beatitudo formalis contẽplatione ſtat & amore ſupremi Entis. Naturæ donis, nec non fortunæ muneribus exornatur: quis enim in calamitatibus beatus?

EX ETHICIS.

IV.

TRES ſunt in homine facultates morales, intellectus, voluntas, appetitus. Intellectus dirigit, voluntas imperat, appetitus obſequitur. Intellectus apprehenſio complexa ſufficit ad mouendam voluntatem. Voluntatis imperium in aliquas facultates herile eſt; ciuile in alias. Appetitus inferioris obſequium non eſt ſine rebellione. Facultas motrix obſequentior eſt.

V.

VOLVNTARIVM eſt quod fit à principio intrinſeco cognoſcẽte ſingula in quibus eſt actio. Quæ fiunt ex ignorantia antecedente, inuoluntaria ſunt: quæ ex cõſequente, voluntaria: quæ ex cõcomitante, non voluntaria. Quæ verò ex metu fiunt, volũtaria ſunt & inuoluntaria; ſed magis volũtaria. Vis non poteſt inferri voluntati quoad actus elicitos: quoad imperatos, poteſt.

VI.

NVLLA peſtis exitialior vitæ ciuili & humanæ quàm gens inimica libertatis; quando libertate ſublatâ, fit libera peccandi poteſtas etiam impunè. Hallucinantur qui libertatem arbitrij deſcribunt immunitatem à coactione: pugnat quippe cum arbitrij libertate non coactio tantùm, ſed etiam neceſſitas, ea nimirum quæ antecedens eſt.

VII.

ACTIO humana eſt quæ fit ex conſilio & libertate. Huius bonitas in integritate poſita eſt, vt malitia in defectu. Nulla eſt in indiuiduo non bona vel mala. Paſſio eſt motus appetitus ſenſitiui ex voluptate vel dolore oriundus circà bonum vel malum ſenſile. Paſſiones inſigniores & quaſi principes duodecim. Nec bonæ ſunt per ſe, nec malæ.

VIII.

HABITVS producuntur ab actibus homogeneis: aremiſſioribus forſan intenduntur: labefactantur cõtrariis: veterno corrumpuntur. Virtutes Morales duobus obſidentur vitiis, ſi paucas excipias cum Iuſtitia. Detorqueri non poſſunt ad prauos vſus. In voluntate ſedent. Statum heroïcum non niſi connexæ adornant.

IX.

PRVDENTIA lucem reliquis præfert. Gulam & venerem coërcet temperantia. Fortitudo emicat in arduis & terribilibus: in repentinis illuſtriùs quàm in præuiſis: ferendo magis quam feriendo Monomachiam horret & autophaniam. Iuſtitia reddit vnicuique quod ſuum eſt: Legalis vna virtus, vt heſperus vnum ſydus. Talio non ſemper iuſta.

X.

AMICITIA pondus habet maximum in vita ciuili: eſt enim non virtus quidem, ſed cum virtute coniuncta. Non intercedit niſi inter probos; ſique perfecta ſit, non inter plures quam inter duos. Amari nobilius quàm amare. Occumbere pro amico, ſuaue. Voluptas non eſt de genere malorum.

XI.

SOCIETAS duplex præſertim, familia & ciuitas: hæc perfectior, illa imperfectior. Vtraque ſuas habet poſſeſſiones, quas nec juuat communes eſſe, nec æquales. Apti ſunt quidam à natura ad ſeruitutem. Seruitus legalis non omninò iniuſta eſt. Non ferenda mulierum communitas; non polygamia. Fœtus mutili educandi.

XII.

INSTITVTIO iuuentutis pertinet etiam ad Principes. Publica longe potior eſt. Inter ciuilia regimina Monarchia præcellit. Rex fœliciùs naſcitur populis quàm eligitur. A bono Principe regi, quam à bona lege optatius. Lex non obligat firmiter ſine acceptatione populorum. Iudex in omni cauſa iudicet ſecundum allegata & probata.

EX METAPHYSICIS.

I.

METAPHYSICA inter ſcientias princeps ac domina, Ens ab omni materiæ contagio liberum ſuſpicit. Principia vſurpat communiſſima inter quæ primum hactenùs locum obtinet: Impoſſibile eſt, &c. Vnicuique potentiæ ſuus reſpondet actus. Potentia obedientalis agnoſcenda in creatis, complenda vel vberiori concurſu, vel adiectâ qualitate.

II.

POTENTIA obedientialis creaturæ cujuſlibet non poteſt eleuari ad effectum quemlibet vt cauſa princeps. Eſſentia & exiſtentia realiter non differunt. Eſſentiæ communes ab æterno, nugæ. Primum & præcipuum indiuiduationis principium in ſubſtantiis corporeis, forma: in ſeparatis nihil præter ipſaſmet. Accidentia quoque per ſe indiuidua.

III.

CAVSA rectè definitur principium influens eſſe in aliud: per actualem influxum conſtituitur actu cauſa. Subordinatio cauſarum eſſentialis eſt vel accidentalis: cum eſſentiali non conſtat progreſſus in infinitum. Quadruplex cauſæ genus Peripateticis: exemplar non incommodè reuocant ad opificem. Cauſalitas mutua in eodem genere impoſſibilis.

IV.

CAVSA eſt nobilior & prior effectu ſuo. Vna & eadem cauſa poteſt eſſe contrariorum effectuum. A duabus cauſis totalibus efficientibus eumdem numero effectum prodire lex naturæ vetat ſola. Finis eſt vera cauſa; non purè tamen Phyſica: huius cauſalitas eſt motio metaphorica efficax. Mouet finis ſecundùm eſſe reale; non tamen ſine intentionali.

V.

OPIFICIS cauſalitas eſt actio, quam à termino caue diſtinguas. Non vni Deo vis agendi conuenit; ſed & rebus creatis fuit conceſſa, ſubſtantiis præſertim, quibus famulatur accidentium ſupellex. Vt agendi virtutem acceperunt tcreauræ à Deo: ſic eam non exercent abſque concurſu Dei immediato: inutilis tamen videtur præmotio Phyſica.

VI.

CAVSA ſecunda primam determinat quoad ſpeciem & exercitium; determinatur à primâ quoad indiuiduum. Cauſa per accidens duplex, caſus & fortuna: vtraque in ijs quæ alicuius gratiâ fiunt, nec ſemper contingunt, nec vt plurimum; ſed raro: caſus quidem in ijs quæ fiunt citrà electionem; fortuna in ijs quæ cum electione.

VII.

CONCEPTVS Entis vnus eſt & præciſus; formalis quidem tum re, tum ratione; obiectiuus ratione. Ens vel reale eſt vel fictitium, ſeu rationis; Huius faber aſſiduus, homo; inſolens, Angelus; impotens propriè, Deus. Ens rationis vel doctrinale eſt, vel non doctrinale. Entis proprietas reciproca triplex vnitas, veritas & bonitas.

VIII.

ENS reale ſubſtantia eſt vel accidens. Subſiſtentia non eſt modus realiter diſtinctus à ſubſtantia. Exiſtere Angelos ratio ſuadet, non perſuadet. Non eſt illis vſus agenti intellectu: rerum quippè vniuerſalium ſpecies infuſas habent ab ortu; ſingularium verò, identidem recipiunt: libera hominum cogitata non penetrant ante directionem.

IX.

EXISTERE Deum clarè demonſtrat ratio: quid verò ipſe ſit valde obſcurum eſt: commodius tamen adumbratur ens à ſe. Vnus eſt Deus, iſque ſimplex, immutabilis, infinitus, æternus, immẽſus, omni demũ genere perfectionum cumulatiſſimus. Prouidentiam Dei ſolus negat Impius, eamque adeò non euertit proborũ & improborũ ſors, vt aiunt, iniqua, vt aſſerat.

EX PHYSICIS.

I.

PHYSICA eſt ſcientia in Corpore naturali occupata; cujus principia non meliùs quis aſſignauit, quàm Ariſtoteles: tria nempe ad ipſius geneſim requiruntur, materia, forma, & priuatio; duo ad compoſitionem materia & forma; quæ ſine omni glutine modali conjunctæ eſſentiam Totius naturalis indiuiſibili ratione complent.

II.

MATERIA prima eſt vel ſecunda. Prima eſt primum ſubjectum ex quo inexiſtente &c. Non eſt pura potentia Metaphyſica; ſed proprio nomine exiſtit. Materiam formis omnibus vacuam natura non patitur. Quantitas illi coæua eſt. Formæ ſubſtantialis etiam materialis exiſtentiam ſuademus ſaltem.

III.

FORMÆ materiales educuntur è materia; in qua non actu; ſed poteſtate tantùm continentur. Natura eſt principium motus &c. Abſurdus qui naturam demonſtrare ſatagit. Natura duplex materia & forma. Ars ſimia naturæ, opera eius æmulari poteſt, aſſequi non poteſt, niſi applicando actiua paſſiuis: quæ applicatio vt ſit iuſta, plurimùm à fortuna pendet.

IV.

QVANTITAS à natura ſubſtantiali diſtinguitur: illius eſſentia poſita videtur in extenſione interna. Conſtat partibus in infinitum diuiſibilibus atomo nulla copulatis aut finitis. Infinita Categorematice nulla eſt: eſſe poſſe vix demonſtrabis. Locus eſt ſuperficies &c. Immobilis loci ratio ab extremis mundi partibus æſtimanda.

V.

VNVM corpus in pluribus locis conſtitui nihil vetat, præter naturæ ordinẽ. Vacuum ipſi Deo impoſſibile eſt. Si daretur, quid ni cieretur in eo motus? Motus eſt actus entis &c. fieri poteſt in inſtanti: quidquid mouetur ab alio mouetur. Grauia & leuia tum à propria forma, tum à generante: proiecta à proiectore & à medio.

VI.

TEMPVS eſt numerus motus &c. ſed potiùs in menſura paſſiua conſiſtit. Mundus eſt compages è cœlo &c. nõ fuit ab æterno; imo nec eſſe potuit niſi forte quoad entia permanentia. Vnus eſt mundus & perfectus, nec vſquam ſponte deterendus. Cœlum & elementa ſunt præcipuæ eius partes, mixta minùs præcipuæ.

VII.

COELVM eſt corpus ſimplex, materia tamen & forma conſtans: Eius materia non eſt abſimilis Elementari; forma verò quintæ cujuſdam eſſentiæ. Vnum ſufficit, modò fluidum. Sydera mouentur ab Intelligentijs: agunt in ſublunaria non per lucem tantum; ſed per influxus etiam occultos: humanam libertatem agendo in corpus exercent, non perimunt.

VIII.

APTISSIMVS eſt quatuor elementorum numerus. Totidem ſunt primæ qualitates, binæ in ſingulis elementis, vna quidem intenſior, altera remiſſior. Terra præ ſua grauitate ſubſidet reliquis: eminet ignis Lunæ vicinus præ leuitate. Singula vix credimus niti proprijs in locis. Promiſcuè commutantur in ſe inuicem; ſymbola tamen facilius.

IX.

MIXTA fiunt ex elementis alteratis. Elementa inſunt mixtis etiam perfectis ſecundùm proprias formas. Mixtio ad pauciora pertinet quam generatio. Generatio non eſt abſque corruptione. Corruptio materiã non relinquit puriſſimam. Generationi & corruptioni præuia eſt alteratio. Anima eſt actus primus &c. Vna eſt in vno viuente.

Has Theſes, Deo duce, Tueri conabitur PETRVS GODET, *Catalaunus. Die Dominica* XXV. *Julij, Ann. Dom.* M. DC. LX. *A primâ ad veſperam.*

Arbiter erit IOANNES GERBAIS *Licentiatus Theologus, Socius Sorbonicus, & Philoſophiæ Profeſſor.*

IN SORBONÆ-PLESSÆO.